

sterii, et quiete monachorum statuta sunt transgredi, sciat se anathematis uinculo 40  
innodatum, et cum diabolo et omnibus impiis eterni incendii atrocissimo suppli-  
tione deputatum. At uero qui pio intuitu custos et obseruator eorum exstiterit, omnimode  
benedictionis gratiam, omniumque peccatorum suorum absolutionem et indulgentiam,  
et celestis uite beatitudinem cum sanctis et electis omnibus a misericordissimo domino  
deo nostro consequi mereatur, in secula seculorum. Amen. Scriptum per manum 45  
Stephani notarii, et regionarii, et scriniarii sancte romanę ecclesie, in mense ianuario,  
et indictione undecima. Bene ualete. Data III<sup>o</sup> kl. ianuarii, per manum Stephani 982 Dez. 30.  
dei prouidentia primicerii sancte sedis apostolice. Anno pontificatus domni nostri Bl. 17.  
Benedicti sanctissimi septimi pape nono. Imperante domno nostro Ottone a deo coronato  
magno et pacifico imperatore anno quinto decimo, in mense ianuario, et indictione 50  
supra scripta undecima.

Kap. 81. Otto secundus huius nominis imperator, Romae mortuus, in paradiso  
sancti Petri<sup>1)</sup> condigno honore sepelitur. Huius filio patris equiuoco, admodum par-  
uulo, et necdum [regni]<sup>a)</sup> gubernaculis apto, respublica per uenerabilem Adelheidem  
auiam suam, et imperatricem Theophaniam matrem suam, nobiliter amministrata est,  
quousque puer ipse litteris diuinis et humanis adprime instructus, ad tantę uirtutis 5  
insigne emicuit, ut mirabilia mundi<sup>2)</sup> appellaretur. Hic patris auique prosequens  
uestigia, libertatem laureshamensis monasterii, interuentu Salemanni abbatis, sua quo-  
que auctoritate roborauit.

81. (Reg. 3588.)

Otonis tercii de inmunitate laureshamensis ecclesie.<sup>1)</sup>

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Otto<sup>b)</sup> diuina fauente clementia rex.  
Si erga loca diuinis cultibus mancipata, propter amorem dei, eiusque in eisdem locis sibi famulantes<sup>c)</sup>  
beneficia oportuna largimur, premium nobis apud dominum eterne remunerationis rependi non diffi-  
dimus. Quapropter nouerit interea<sup>d)</sup> sagacitas seu utilitas omnium fidelium nostrorum tam presen-  
tium quam et futurorum, quia uir uenerabilis Salemannus abba ex monasterio Laureshammo, quod 5  
est constructum in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, ubi et sanctus Nazarius martyr  
corpore requiescit, quod est situm in pago reninse, super fluuium Wisgoz, obtulit obtutibus nostris  
auctoritatem inmunitatis domni et genitoris nostri, bone memori Otonis<sup>e)</sup>, imperatoris augusti [in  
qua continebatur insertum]<sup>f)</sup>, qualiter idem genitor noster ipsum monasterium, ob amorem dei tran-  
quillitatemque fratrum ibidem consistentium semper sub plenissima tuitione, et inmunitatis defensione, 10  
ab omni inquietudine iudiciarie potestatis consistere fecisset. Propter firmitatem tamen rei postulauit  
\*nos predictus Salemannus abba, ut paternum morem sequentes, huiusemodi nostre inmunitatis  
preceptum ob reuerentiam sancti Nazarii mris. qui ibidem corpore requiescit, circa ipsum monasterium  
fieri censeremus. Cuius petitioni ob consilium et interuentionem dilecte auię nostre Adel-

Vorurkunde  
nr. 17.

<sup>a)</sup> pargi, verbessert aus parui mit kleiner Lücke (für -ni), dahinter offenbar nach dem vorauf-  
gehenden paruulo verschrieben, aber nicht vollständig verbessert.

<sup>b)</sup> III über Otto. <sup>c)</sup> Darüber: l(ege) [famulant]ibus.

<sup>d)</sup> inserta, verbessert nach 17. <sup>e)</sup> II über Otonis. <sup>f)</sup> ergänzt nach 17 u. 89.

**K 81]** <sup>1)</sup> Thietmar III, cap. 25 (14): introitus orientalis paradisi domus s. Petri; ähnlich Ann. Heremi  
SS. III, 143; Hermann v. Reichenau zu 982 SS. V, 117: in porticu s. Petri.

<sup>2)</sup> Mirabilia mundi auch Ann. Spir. saec. 14 zu 984, SS. XVII, 81.

**81]** <sup>1)</sup> Drucke: Würdtwein, Monasticon Palat. IV, 34 teilweise nach Lamey. MG., DD.O III nr. 6.  
Regest: Stumpf, Reichskanzler nr. 876. Fassung knüpft trotz der Berufung auf nr. 79 mit Über-  
gehung der früheren ottonischen Privilegien an die karolingische Urform nr. 17 an; vgl. zum Unter-  
schied von nr. 30 und 46: Laureshammo, pago reninse, nec ullas redibitiones, exinde ius fisci. Nach-  
urkunde 89, vgl. 126.